VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Seite 51r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Ezechiel .vj.

l. a.

Et scripsit rex antiochus u
omni regno suo. ut esset omnis
populus unus. Et reliquerunt un
quisque legem suam. et consenserunt
omnes gentes secundum verbum regis an
tiochi. Et multi de israel consenserunt
ei. et sacrificaverunt idolis. et co
inquinaverunt sabbatum. Et
misit rex antiochus libros per ma
nus nuntiorum in hierusalem. et in omnes
civitates iude. ut sequerentur leges
gentium terre. et prohiberent holocau
sta et sacrificia. et placationes fieri
in templo dei. et prohiberent celebrare
sabbatum. et dies sollempnes. et
coinquinari sancta. et sacerdotes israel.
Et iussit edificari aras. et templa
et idola. et immolari carnes suillas
et peora immunia. et relinquere
filios suos incircumcisos. et coin
quinari animas eorum in omnibus immu
ndis. et in abhominationibus ita
ut obliviscerentur legem. et immuta
rent omnes iustificationes dei. et
quicquid non fecissent secundum verbum regis
antiochi morerentur. Secundum omnia
verba hec scripsit omni regno suo.
et preposuit principes populo. qui hec fieri
cogerent. Et iusserunt civitatibus
iude sacrificare. Et congregati sunt
multi de populo ad eos. qui dereliquerunt
legem domini. et fecerunt mala super
terram. et effugaverunt populum israel
in abditis et in absconditis fugi
tivorum locis. Die quintadecima mensis
casleu. anno centesimo et quadragesimo anno
edificavit rex antiochus abhominandum idolum desolationis super altare
dei. et per universas civitates iu
de circuitu edificaverunt aras.
et ante ianuas domorum et in platea
incendebant thura et sacrificabant.
Et libros legis dei dissecerunt igni.
sandentes eos. et apud quicquid inve
niebant librum testamenti domini. et
quicquid observabant legem domini. secundum
edictum regis trucidabant eum.
In furore suo faciebant hec populo
israel. quia inveniebantur in omni mense
incertitudinis. in quinta et vicesima
die mensis sacrificabant super aram
que erat contra altare. Et mulie
res que circumcidebant filios suos
trucidabantur secundum iussum regis
antiochi. et suspendebant pueros
a ceruicibus per universas domos earum.
et eos qui circumcidebant eos tru
cidabant. Et multi de populo israel defi
nierunt apud se ut non manducarent
immunda. et elegerunt magis mori.
quam cibis coinquinari immundis.
Et noluerunt infringere legem dei
sanctam. et trucidati sunt. et facta est
ira dei magna super populum israel. vi.
In diebus illis surrexit mathathias
filius iohanis. filii symeonis sacerdotis.
ex filiis ioarim ab hierusalem. et habitavit
in monte modin. Et habebat filios
v. Johannan. qui cognominabatur gad
dis. et Symeon. qui cognominabatur
thassi. et Iudas qui vocabatur macha
beus. et Eleazarus qui cognominabatur
avaran. et Jonathas qui
cognominabatur apphus. Vidit
mala que fiebant in populo iuda et
hierusalem. Et dixit mathathias. Ve mi
hi ut quid natus sum videre contritionem
populi mei. et contritionem civitatis sancte.
et sedere illic. cum data sit in manibus
inimicorum. Sancta in manu extraneorum
facta sunt. templum eius sicut homo ig
nobilis. vasa glorie eius captiva abduc
ta sunt. trucidati sunt senes eius in
platheis. et iuvenes eius ceciderunt in
gladio inimicorum. Que gens non hereditavit
regnum eius. et non obtinuit
spolia eius. Omnis ornatus eius ablata
est. Que erat libera. facta est ancilla.
Et ecce sancta nostra et pulchritudo nostra.
et claritas nostra desolata est. et coinqui

l. c

l. a.